

LECTIONES PUBLICAS
ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE HIBERNUM
IN ACADEMIA LUDOVICIANA
DEO DUCE ET AUSPICE HABENDAS

RECTOR

JO. CASIMIRUS

HERTIUS,

BOTAN. ANAT. ET CHIRURG.
P. P. ORDIN.

*UNA CUM UNIVERSO
SENATU ACADEMICO*

INDICIT ET AD EAS SEDULO AUDIENDAS GENE-
ROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM FACULTA-
TUM STUDIOSES PERAMANTER INVITAT

D. XXVIII. SEPTEMB. ANNO MDCCXXII.
SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.

G I E S S Æ,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.



In Facultate Theologica.

IO. IACOBUS RAMBACH,

*SS. Theologiae Doctor ac Prof. primarius, Superintendens primus
& Senatus ecclesiastici Adfessor.*

Lectiones publicas, hora XI. *historiae ecclesiasticae V. T.* hactenus non sine fructu, ut sperat, **AVDITORVM** impensas, hac ad finem perducta, *psalmorum* expositioni posthac destinabit, sacratissimos illos veteris ecclesiae hymnos, exposito cujusque argumento & scopo, ex ipsis fontibus interpretaturus. *Lectioes privatas* in theologiam *dogmaticam* & *moralem* impigro studio horis consuetis continuabit. In *lectioe methodologica* **B. FRANCKII** *ideam genuini Theologiae Studiose* explicabit, ad praesentissimum **AVDITORVM** usum cuncta adplicaturus. Audiendis etiam ac *censendis concionibus* horam consecrabit. Denique in *lectioe practica*, quae sacris publicis subiungitur, in tractanda epistola Pauli ad *Colossenses* perget.

IO. GEORG. LIEBKNECHT,

*SS. Theol. Doct. & P. P. Ord. Distr. Marburgo - Darmst. Superint.
Consistorialis & Stipend. Ephorus.*

Loco lectionum publicarum praecipua eruditorum merita **in Patres** & quoscunque **Scriptores ecclesiasticos** exponet, indeque



indeque aphorismos breues, hebdomadatim ventilandos, proponet. Priuatim in libris Samuelis perlustrandis perget, & simul aphorismos homileticos huc vsque traditos exemplis s. praxi vberiori illustrabit; nec iis deerit, qui Epithemata in A. C. nuper nouatorum opinionibus opposita in publica ventilatione continuare amant, imo & Theologiam theticam ad B. BAIERI ductum desiderant.

REINHARD. HENR. ROLLIUS,

SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. Consist. Eccles. Assessor, ac Diœces. Alsfeld. Superintendens.

Lectiones publicas, quibus præterlapso semestri æstivo *controversias sacras*, præeunte acutissimo RUDRAUFFIO, enucleare cœpit, per instans semestre hibernum ea, qua par est, fide ac diligentia continuabit. Utque majus inde redundet commodum ad sanctioris disciplinae alumnos, theses ex singulis quaestionibus decerptas ad disputandum proponet. *Privatim in lectionibus biblicis* in libros novi testamenti historicos strenue perget, easque, si Deo ita videbitur, mensibus hibernis ad finem perducere studebit. *Theologiam quoque dogmaticam* ad ductum compendii BAIERIANI de novo præleget, quoque pacto singula ad praxin pietatis dirigenda sint, dilucide ostendet. Neque illis defuturus est, qui, vel in elaborandis suo ductu publiceque habendis disputationibus, vires suas periclitari secum constituent, vel in historia Theologiae literaria, vel aliis studiorum sacrorum partibus tractandis, suam sibi operam profuturam existimabunt.

JO. CONRADVS ARNOLDI,

SS. Theol. D. & Prof. P. Ord. nec non Acad. a Biblioth.

Methodo horisque solitis, publice ac privatim, in Theologia Exegetica Lectiones sacras ex Evangelio Matthæi, ubi

ubi nuper substitit, persequetur; in Thetica, explicationi Systematis BAIERIANI insistet, simulque, cum porismatibus ad praxin pietatis moralem manudentibus, exercitium disputatorium privato . publicum continuabit, aliis etiam Dn. Auditorum desideriis commodisque fidelem suam operam commodabit, vernaculo quoque, si ita visum fuerit, sermone moribus presentis seculi morem gesturus.

In Facultate Juridica.

D. IO. FRIDERICVS KAYSSER,

Consil. Hasso-Darmstatt. Jur. Prof. Publ. Ordin.

& Pr. ac rerum Oecon. Inspector.

Absolute collegio ff. nouum ad Compendium Lauterbachianum aggredietur, simulque Iuris publici disciplinam ad ductum Schwederi vel Hornii tradet.

D. JO. FRIDERICVS WASSER,

P. P. O. & Acad. Syndicus.

Publice SCHILTERI *Institutiones Juris Canonici* explicabit, *privatas lectiones ad Institutiones* ad finem perducet, nouum quoque collegium ad pandectas aliaque pro desiderio Dnq. Auditorum inchoabit.

D. IO. GEORG. ESTOR,

P. P. O. h. t. sui Ordinis Decanus.

Publice docebit ius feudale Longobardicum & Germanicum. In priuatis scholis commentabitur ad *Institutiones iuris ciuilibus*, simulque exercitationes disputatorias instituet ad ductum Perillustr. Dn. de COCCEII iuris ciuilibus controuersi. Commentabitur etiam ad ius publicum ecclesiasticum.



cum Protestantium, nuper ab ipso denuo editum, Neque
iis deerit, qui aut ius canonicum aut ius publicum, ex hi-
storia imperii, der Reichs Historie/erutum, audire gestiunt.

D. JOH. FRIDER. MOEGLING,

Jur. Prof. Publ. Ord.

Continuabit per hoc semestre tam Collegia in Pandectas
utraque, quam Lectiones ad Instituta publicas, nunquam
defuturus officio, si Dnm. Commilitones alterutram harum
occupationum vel utrasque repetendas, aliudve Collegium
sepius intimatum inchoandum suaserint.

In Facultate Medica.

D. JOH. CASIMIR. HERTIVS,

Prof. Publ. Ord.

Quantum per Rectoratus negotia licuerit, suo officio
non deerit, & in iis Medicinæ partibus, quæ clementif-
sime sibi demandatæ sunt, ita versabitur, ut & desiderio
Nobiliss. Dnn. Commilitonum. & eorundem se captui ac-
commodet.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

Medicin. P. P. Ord.

Publice, Deo feliciter annuente, medendi methodum ex-
ponet. *Privatim* in Praxi speciali tradenda sedulo pergeret
& praeterea ad desideria & captum Nobiliss. Dn. Dn. Com-
militonum se lubens accommodabit.

LYD. HENR. LEO HILCHEN,

Prof. Publ. Ordin.

Publice methodum medendi exponet. Priuatim, ita ex-
petentibus Nobiliff. Dnn. Commilitonibus, Physiolo-
giam docebit, nec non ea, quæ in collegio institutionalis su-
persunt, absoluet.

In Facultate Philosophica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathem. Prof. P. Ordin.

Publice fundamenta Astronomica, vna cum Globorum usu
monstrabit; priuatim vero Geographiam, itemque Ele-
menta Geometrica ex nonnullorum Generosorum Commi-
litorum voto resumet, nec quoad reliquas partes suam o-
peram Philomathis denegabit.

IO. MELCHIOR VERDRIES, D.

Philos. Natur. Prof. P. Ord.

Absolutis binis, quæ in cursu Physico restant, capitibus,
vniuersae Philosophiae Naturalis pertractationem re-
sumet: nec deerit, si Generos. & Nobiliff. Dn. Dn. Commili-
tones partem quandam praestantissimae huius scientiae spe-
cialiter & vberius exponi sibi concupiuerint.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Histor. Prof. P. Ordin.

Quam primum licuerit ex hac Academia discessurus, ab-
soluet proxime praelectiones in STRVVII Historiam
uniu. dabitque in nonnullorum gratiam cursoriam in am-
plissimum Historiarum studium uniuersum *Introductionem,*

cuius

cuius nuper priuata opera non infelix experimentum fecit. Denique *Introductionem* suam in *Historiam Hassiacam*, typis modo euulgatam, uberius illustrabit & demonstrabit.

JOHANNES RHENIUS,

Vtriusque Eloquentia Prof. P. Ordin.

IN publicis praelectionibus partitiones VOSSII oratorias illustrabit. Privatim collegio stili epistolico & oratorio practico cultores eloquentiae non intermittet exercere.

JAC. FRID. MULLER, P. P. O.

Repetet pro more Logicam tam publice quam privatim. Theologiae naturali unam pariter impendet horam. Si qui in Mathefi operam collocare voluerint, cursum totius Mathefeos ad WOLFFII vel WEIDLERI ductum resumet.

IOH. LVDOVICVS ALEFELD,

Poës. Prof. P. Ord.

IN explananda publicis lectionibus *Maronis Aencide* ad lib. V. & VI. progredietur: privata vero industria doctrinam de diversis *carminum generibus* ita pertractabit, ut dicta sufficientibus exemplis illustrentur & jugi exercitatione confirmentur. Lectiones in *Historiam philosophicam* denuo offert; nec de cetero quidquam intermittet, quo honestos studiosorum conatus iuvare ac promovere poterit.

IO. CHRISTOPH. EBERWEIN,

Prof. Phil. Ord. Paedagogiarcha & ad arcis templ. Pastor.

Deo duce & auspice in iis Philosophiae partibus exponendis, quae viam ad altiores disciplinas planam & facilem monstrant.

monstrabunt, operam qualemcunque suam & industriam pro Dn. Auditorum votis ac desiderijs collocabit.

ERNEST. FRID. NEUBAUER,

Prof. Ling. Orient.

Professionem linguarum orientalium, clementissime sibi demandatam, ita exornare studebit, ut non grammatica solum linguarum sacrarum principia Dominis Auditoribus instillet, sed in lectione etiam sacri Codicis philologica se ducem ipsis comitemque adiungat. Specialiorem lectionum suarum notitiam e vāuis publicis suo tempore tradet.

CHRIST. LVDOV. RVDIGER,

Historiam philosophicam, vna cum arte recte riteue ratio cinandi, instante hieme, diuina annuente gratia, instillare sataget; id operam daturus, intra biennium ingens philosophiae omnis cursu vt emeriamur spatium.

Habebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occasionem, in arte equestri, in ludo palaestra, in arte commode & perite saltandi; nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum, & linguarum Magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi partamque habilitatem perficiendi.

